

zasse privato nemini licet; alterum nemini prohibetur a Pontifice Maximo: Et id jure quodam meo mihi videor vendicare. Cur enim auctor libelli opinionem sepultam pene ab inferis excitavit? cur obsoletis usus est argumentis, qua contra legem Alexandri Pontificis insoluta reliquit; nec id solum, sed etiam solvi non posse indicavit, praesertim vero quod attulit ex Patrum Sanctorum auctoritate? Qua illa re cum mentitus inepte est, tum mihi praebuit occasionem, ut ex Ecclesia auctoritate, qua Sanctis Patribus repugnare non potest, opinionem illius erroneam esse demonstrarem. Ridiculus vero est adversarius, si, cum ipse ad certamen provocaverit, eo genere armorum uti me nolit, qua ad hanc pugnam utilissima esse, Et ad rem conficiendam prope sola valere doctissimus quisque existimavit.